

m) Tacit. hist. lib. 5. cap. 17. n) Idem hist. lib. 1. cap. 79. o) Flor. lib. 3. cap. 5.  
Joh. Freinsheim. ad hunc loc. p. ura exempla recenset p) Joh. Cinnam. l. 11.  
p. 18. q) Ortel. Chron. Ung. ad an. 1444, 1552, 1596. &c.

XXVIII. A spoliis ad ipsam locorum possessionem nos <sup>z</sup> Coloniare  
convertimus; quam sibi jure belli vendicabat Romulus. a) Qvis cum hostibus  
enim propterea Urbes velit eripere, ut eas postmodum reddat? <sup>mutatio c. 11.</sup>  
b) Sed cautione opus, ne jugum recens impositum detrectent  
& refugiant novi subditi, quem in finem mutatae coloniae, i-  
gnoti ignotis juncti, & ab omni seditione facta securitas. Ha-  
buit id in animo Archipincerna Sennacheribi, c) cum Judaeis  
gratiam regis quidem promitteret, ita tamen ut in aliam mi-  
grarent regionem. Nec alieni ab hoc consilio Turcae, qui  
homines libertatis studiosos, eo transferunt, ubi jurisdictio ser-  
vulis omnem recuperandæ libertatis viam præcludit. d) Hinc Ma-  
homedes cum Lesbum occupasset, Christianos Constantinopo-  
lim abduxit: & Solimannus Imperator Cives Albæ Regiæ Bu-  
dam, Belgradum alioq; ne aliquid novi molirentur abduxit.  
Eodem arcane usus Pompejus, Piratas compescerat, cum mari-  
timum genus, à conspectu longe removeret maris, & mediterraneis a-  
gris quasi obligaret. e) Atq; hoc si attendamus, obscurum esse  
non potest, quam ob causam Hannibal extra patriam militans,  
continuo diversas nationes in exercitu inter se permiscuerit. f)

a) Grotius lib. 2. cap. 6. b) Savedra Symb. 97. c) Esa. cap. 36. 17. d) Joh.  
Andr. Bosii Disp. de Imper. Turc. habit. Jenæ th. 43. e) Flor. lib. 3. cap. 6.  
f) Liv. lib. 38. Forstn. ad Ann. lib. II. cap. 24

XXIX. Mira res! eodem die hostes dein cives habuisse, 3. Civitati.  
a) reiq; publicæ potentiam ipsis hostium copiis auxisse ac  
stabilivisse. Fæda enim vox est Caligula, b) eoq; turpior  
qvod de civibus, se optare, ut unam cervicem habeat Romana  
Civitas, quo facilius uno iectu perire possit: Parum etiam chri-  
stiana Vicarii Christi Clementis IV. ad Galliæ regem Carolum  
adhortatio c) Vita Corradini Caroli Mors, Mors Corradini (a-  
caroli vita: Aureum vero & nunquam satis laudandum Thedo-  
rici apophthegma: d) Aliorum forte regum prælia captarum  
civitatum aut prædas appetere aut ruinas: sibi propositum esse, Deo  
juvante, sic vincere, ut subjecti se doleant, hoc dominium tardius